



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Additamenti Lib. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

tra & extra hortos duplicata. Citat Varro Nestoris Alexicepon, elegiaco numero conscriptum, in quo harum inimicitiarum causa decantatur. Bacchum quippe furibundi Lycurgum in percussum in mare se proripuisse, in eoq; delituisse, mox ab emerfu clandestino Lycurgum in insidiis invasse, quem vite devinxerit: illum indignabundum cum improvisam capturam ferret impatienter, lacrymas emisisse, ex quibus enata sit brassicatarq; hinc orta dissidia, & implacabilis plantarum earum contrarietas. Tabescere enim eam necesse est, si fortiori viti proxima fuerit: vel vitem, si tenella sit, ipsa tabesciat. Usq; adeo vero odia hac in uvæ nomen exercentur, ut (quod idem Varro tradit) quod incommodum uva in humano guttore appellatur, odiosum admodum, si nimia destinatione laxata fuerit, cohiberi retrahiq; facillime posse creditur, si cruda brassicæ succus capiti superfundatur. Sed mirum est admodum has foliis & pampinis insitas esse adversus vinum inimicitias radici vero conciliationem inesse. Nam qui vinum in acetum trium horarum spatio verti docent, inter quos Varro ipse est, radicem betæ contulam in dolium conjiciendam monent: sin vero restituere vinum malueris, brassicæ radicem eodem modo præcipiunt immittendam.

*Fabulosa
antiquaria
brassicæ &
viti cau-
sa.*

Hieroglyphicorum Ioann. Pierii Valeriani Finis.

ERUDITISSIMI VIRI
HIEROGLYPHICORUM COMMENTARIO.
RUM LIBER PRIOR, EA CONTINENS, QUÆ
PER VARIA DEORUM ET HO-
minum simulacra significantur.

AD BASILIUM AMERBACCHIUM J. C.
PERITISSIMUM.



*D*um difficillimum sit ea in lucem edere, ob ingeniorum morosam saepe varietatem, qua omnibus placeant, opus est illa alicujus viri autoritate fulciri, qui & calumniatores ac detractores deterere possit: & si quid in controversia fuerit, dijudicare, & utraque & vera comprobare falsam autem refellere. Unde etiam sit, ut virtutes illorum quibus scripta dicantur, ejusdem sæculi hominum testimonio celebrentur, & sic patrocinii sui præmium amplum referant; memoriamque videlicet earum virtutum, quarum quamvis docti ipsi sint, nulla fama ipsorum scriptis ad posterum perveniret. Nam Principum quidem atque Heroum res gestas memoria mandant Historici: eruditionis sua monumenta alii docti viri relinquunt; horum autem omnium humanitatis, sapientie, virtutum testes & præcones non alii sunt, quam omni generis scriptiores, qui illis monumenta sua inscribunt. Quamobrem æque prudenter mihi rebus suis consuluisse videntur. & qui scripta sua doctorum patrocinio commiserunt, & qui irrationes suas instituerunt, ut & docti ipsi essent, & a bonarum literarum studiosi celebrarentur. Illi enim scriptis suis autoritatem concitarent, hi virtutes suas ab oblivionis tenebris vendicarent. Hos igitur ego imitari cupiens, quem alium huic meo Hieroglyphicorum priorum commentariolo patronum conciliarem potius quam te, qui & tanta eruditione atque autoritate es, ut tuos fretus patrocinio libere in omnium manu venire possis; & familia nostra tua conjunctus, ut prima ætatis bonam partem simul transegerimus, cuiusque humanitatem singularem ac benevolentiam quotidie experimur? Hunc igitur meum laborem eodem animo complectere, quo me nostramq; domum jam dudum amplecteris. Vale.

Zzz

DE

DE ENEPH, ÆGYPTIORUM DEO.
CREATOR ET creatio mundi. CAP. I.

Eneph explicatio descriptio.

PER Eneph, quem pro Deo colebant Ægyptii, ipsum totius mundi atque universitatis creatorem opificemque pulcherrimo hieroglyphico ostendebant: cui hominis formam tribuebant, eumque cœrulea veste indutum, zonamque tenentem & sceptrum pingebant, ac ejus in capite pennam ponebant: ut testatur Eusebius in libris de præparatione Evangelica. Penna enim in capite, significat difficilem inventu esse creatorem, & nemini conspicuum, sed sublimem, non modo supra sensum verum etiam supra humanæ intelligentiæ captum: humana vero forma, eundem vitam autorem, & motu qui intellectu comprehendi possit, circulatum indicabat, quoniam ut hominis corpus quidem cernitur, mens vero ipsa quæ hominem à cæteris animantibus disjungit, estque ejus naturæ propria, cerni à nullo potest: sic etiam Dei ac summi opificis actiones & motus, quæ ipse in sacris literis *Posterior* vocat, non secus atque Aristoteles effectus *Posteriora*, causas vero *Præminat*, ab humano intellectu cerni possunt: mens vero ipsa & Divina natura, quæ illa moderatur & gubernat, in hujus corporis carcere absolute cognosci non potest: & ideo cœrulea veste indutum eam pingebant, ut cœlestem illum esse significarent, & in cœlo habitare, nullius coloris vel accidentis, mixtionisve participem, etiam si nobis ea fortasse suscipere videatur: & modo irasci, modo placari, quemadmodum cœlum ipsum, cum nullius coloris sit, propter intervalli longitudinem cœruleum videtur: & sic simul quoque ejus naturam tantum à nostra distare indicabant, quantum cœlum à terra distat. Sceptrum vero potestatem ejus regiam in universam naturam significat, & zona vinculum, quo creati omnia colligat, & quo vitam necisque fata continet: hoc est, ortus atque interitus, & rerum naturalium causas. Est autem zona circulus ille, quem Astronomi Zodiacum vocant. Præterea hunc Deum ovum ex ore producentem faciebant, quod mundum significabat: Dei verbo creatum, ut etiam Sacra literæ testantur.



DE PANE ARCADIÆ DEO,
VEL SATYRIS ET FAUNIS.
UNIVERSUM VEL MUNDUS.

CAP. II.

Panes figura, ejusque explicatio hieroglyphica. De eadem figura & hieroglyphico. Pivm lib. 10. Cap. 4. Idem Sacro. Saturni lib. 1. c. 22.

PANE, quem & Innuum & Faunū vocavere, sic pingebant veteres; Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, varia Pantheræ pelle indutū, infima sui parte hispida, & caprino pede: altera manu fistulā septē calamorū tenentem, altera pedum sive baculum incurvum: hæcque figura universi symbolū continere volebant. Facies enim, rubens æthera significat, bina cornua Solē & Lunā, Pantheræ pellis cœlestium siderū varietatem: pars ejus inferior hispida fingebatur, propter arbores, virgulta & feræ caprini pedes terræ soliditatem ostendunt: fistula septē calamorū, harmoniā cœli,



in qua

A in qua septem soni sunt, & septem discrimina vocum: virga recurva annum qui in se recurri, & ideo nū, id est, totum appellatus. Sic autem symbolum hoc interpretatur Eusebius, Phurnutus & Servius.

INDIGENA VEL NOBILIS. CAP. III.

EJusdem Panos simulacro indigenam significari, testatur Virgilius his carminibus: *Hac nemora indigena Fauni Nymphaeque tenebant, Gensque virum truncis & durorobore nata.*

Nam Deorum filios aiebant esse Faunos, è terra & divino semine genitos, Faunorum vero liberos heros, & demum ab heroibus homines natos; unde recte per Fauni simulacrum etiam generis nobilitas significabitur: est enim in magna parte nobilitatis, non advenam, sed indigenam esse. Quamobrem legimus apud Platonem Atheniensium nobilitatem idecirco ceterarum civitatum nobilitati praestitisse, quod illi ex ipsa terra geniti essent, nec alio commigrassent.

SERMO CAP. IV.

PER eundem Pana & sermonem significari, tradit Plato. Aegyptiorum arcanorum interpres in Cratilo, quod non secus ac Pan vagari ac circumire fingitur: sic sermo omnia complectatur, & per omnia vagetur, versetur; cuncta & geminus sit, verus ac falsus. Quod autem verum est ex ipso, id quia leve ac divinum est, & superne apud Deum habitat, pectore & capite significari: quod vero falsum, quia inferne inter vulgus hominum manet, inferiore parte quae hispida est & hircina, ob asperitatem turpitudinemque ostendit: & ideo à Græcis nū, appellatum dicit, id est, totum, quia sermo totum comprehendit & versat.

MUNDI HIEROGLYPHICUM. CAP. V.

Mundum alio etiam modo Aegyptii hominis effigie pingebant, complicatis pedibus eum facientes, vestem variam ad talos usque indutum, & aurei globum capite sustentem. Pedibus quidem complicatis, propter terrae firmitatem, varia & oblonga veste indutum, propter elementorum ac rerum quae ex illis gignuntur, & quibus terra vestitur varietatem & copiam: aureum vero globum capiti ejus imposuerunt, qui caelum significaret sphaericum, & circulearem ejus motum.

SOLIS SIMULACRUM. CAP. VI.

Solem pingebant juvenili & rotunda facie, eumque in navi colloabant, quam crocodilus ferebat: per navigium motum ejus in humido significantes, hoc est, in aethere vel intelligentiis; nam & aether multi humidum esse putarunt, & in sicco tam diuturnum motum fieri non posse, & caelos aqueos dixerunt: unde in sacris literis tam saepe caelestium aquarum mentio fit, & Angeli ipsi Aquarum nomine à Davide comprehenduntur. Per Crocodilum vero aquam pluviam, cujus causa Soli tribuitur.



Sed diversos esse Panos & Faunū plerique omnes Aene lib. 8. Qui & avrōphos & is, & c. Idem Virg. de Latinis. Boet. l. 12. Pan, quem a do verus & falsus. Nimirum imo & in timo pectore ac corda. Vbi injunt sensus omnes, Qui & parvus mundus dicitur.

Idem, ab Ovi. 1. Meum signum dicitur. A Pier. lib. 38. in doctina ecclesi. Psal. 148. v. 4. alii tamen caelum & viminum & quoniam & crystallinā empress proximo inferiusex-

Zzzz 2

OSI-pamns.

Sic Ofiris
Egyptiis
pro Sole
Macro Sa-
turni lib. 1.
c. 21.

O S I R I S.

SOLIS ET LUNÆ CONJUNCTIO. CAP. VII.

IN Elephantinopoli Ægyptia urbe Ofiridis simulacrum colebatur, viri corpus habens cœruleo co-
loris, caput vero arietis, quod Solis ac Lunæ conjunctionem significasse tradit Eusebius. Cœruleus
autem color ei propter humiditatem tribuebatur, quia Lunarum conjunctio humidior est nec non,
quia noctes cœruleas facit: tunc enim potissimum noctibus serenis cœruleum videtur cœlum.

LUNÆ SIMULACRUM. CAP. VIII.

vier. lib. 21.
in Dent.

IN Heliopoli vero ejusdem provinciæ urbe, Lunæ simulacrum hoc symbolo consecratum erat:
Homo accipitris habens faciem, lancea Typhon interficiens. Pingitur autem Typho sturium
lis equi forma: & totum hoc simulacrum candidi coloris erat, qui color ab alio lumen accipere Lunæ
significaret: accipitris vero facies à Sole eam lumen capere indicabat, unde & spiritum attraheret. Sol
enim accipiter dicatus erat, qui ut etiam Pierius testatur, lucis ac spiritus symbolum est, tum propter
motus velocitatem, tum quia alii altiora & lucidiora petit.

P L U T O.

OCCULTA CONSILIA. CAP. IX.

Pluto galea
tus, occulta
principia
generatio-
nis indicat.
Pier. li. 42.
in Galea.

Veteres cum consilia & cogitationes occultas esse debere significare volebant. Plutonem pin-
gebant galeatum, & Proserpinam rapientem, tum quod subterranea, quorum Deus dicitur Plu-
to, lateant abscondita que sint: tum quia raptus clam sunt, tum denique, quod cutem capite consilia
sedes esse putetur, galea illud tegens apte consiliorum occultationem significet.

INFERIOR VEL MINOR POTESTAS.

CAP. X.

Aqua obca-
tus dictur.

Eiusdem quoque Plutonis hieroglyphico, breve sceptrum in manu ejus ponentes, minorem infe-
rioremque potestatem, ut ejus qui alium majorem Principem agnoscit, innuebant: propterea
quod Pluto inferorum rex dicatur, & tamen Jovis imperio subiectus.

S I L E N U S.

SPIRITALIS MOTUS.

CAP. XI.

De graphi-
ca Sileni fi-
gura Lucianus
in Con-
silio Deorū.
Ad hoc
vatus in li.
de signifi-
catur: &
ventorum.
Vulcani ef-
figies. Huc
spehat Pie-
rius in adicio.
lib. 8. li. 10.
Ignis du-
plex.

Silenum, quem senem & dormientem pingebant,
spirabilis motus symbolum fuisse, testantur veteres;
cujus caput candore fulgens propter cœlestem motū
faciebant, cœlaries vero longa crassitudinem terrestris
aeris significat. Dormire autem illum ebrium finxerūt,
quia crassiores spiritus & vapores caput quasi ebrieta-
te quadam gravant, somnumque inducunt.

V U L C A N U S.

IGNIS. CAP. XII.

Ignis virtutem sub vulcāi, hoc est, hominis forma pin-
gebant, in cuius capite pileus erat cœruleus, æthereæ
symbolum regiois, ubi, integer purusque ignis invenitur;



DATA

nam qui è cœlo in terram delapsus est, cum in mbecillior sit, materiaq; indigeat & fomento, claudicans
lingitur, ut qui seipsum, nisi baculo innixus, sustinere non possit, cum æthereus ille absq; ullo fomen-
to seipsum sustineat, alac, & tueatur.

HERCULES,
E LOQUENTIA. CAP. XIII.



Isium est nobis hic recensere hieroglyphicum, quo Galli antiquitus Eloquentie vim
exprimebant. Id autem ex Luciani libello de Hercule Gallico conscripto, sumemus
ad verbum, quemadmodum vertit vir Doctus. Sic igitur inquit: *Herculem Galli lin-
gua gentis vernacula Ormium vocant. Porro Deum ipsum nova quadam atq; inusiti-
tata figura depingunt. Decrepitus est apud illos, recalcitrans, reliquis capillis, si quis reli-
quis suis, planè canis, cute rugosa, & in aterrimum exusta colorem, cujusmodi sunt nautæ
sunt. Chavotè potius aut Lapetii, quæpiæve ex iis quæ apud inferos versantur, diceret. In
summa, quidvis potius quam Hercule consisteret ex imagine. Atq; tali specie cum sit, tæc
ornatum gerit, ut qui cum Leonis exuvium indutus sit, tum clavam dextera teneat, tum pharetram hu-
meris apratam portet, tum arcum tenens in laeva prætendat. Deniq; modis omnibus Hercules est. Hæc
quidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam facere Gallos, cum ejusmodi pingerent ef-
figie, quo nimirum illum talibus picturis ulciscerentur, quod olim regionem ipsorum incursum, prædas
æteas, id temporis cum Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentium plerasq; regiones per va-
stavit. At nondum dixi id, quod erat in imagine maxime novum atq; mirandum. Siquidem Hercules
desinens, ingentè admodum hominum multitudinem trahit, omnibus per aures revinctis. Porro vin-
cula careunt tenues auro, electrove confecta, paleherrimis monilibus similes. Atque cum vinculis usq;
ad oculos fragilibus ducantur, tamen ne q; de fuga cogitare videntur, cum alio qui commode possint, neq;
prorsus obstantur, aut pedibus adversus trahentem obtinent, sese resupinantes: verum alacres ac lati
sequuntur, ducentem admirantes. Vltro festinantes omnes & laxatis funiculis etiam ante vestere stu-
dent: perinde quasi graviter laturos si solverentur vinculis. Neq; illud quidem pigebit referre quod
mihi videbatur omnium absurdissimum. Etenim cum non inveniret pictor unde catenularum summas
angustas neciteret, videlicet dextera jam clavum, laeva arcum tenente, summam Dei linguam per terebra-
vit atq; ex hac reliquatis catenulis eos trahi fecit: ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos
convertebat arridens. Hæc ego cum dicitur adstantem esse contemplatus, admirans, hæstans, indignans,
Gallus qui proprius adstant nostratum literarum non ignarus, id quod declaravit Græcè optime lo-
quens, Philosophus opinor, ex eo genere Philosophorum, quod apud eos esse fertur; Ego tibi hostes, inquit,
pictura istius arcum explicabo: nam videris vehementer ad eam attonitus ac mirabundus. Oratione
nos Galli ut quæquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verum Herculi illam
tribuimus: propterea quod hic Mercurio loq; robustior exiit. Næ quod senex fingitur, nihil est quod
mirere: siquidem facundia solet in senectâ demum absolutam vim ostendere. Si modo verum vestri dicunt*

Hercules
Luciani.

Hercules
orationis
nomen.

Hom. Iliad
a d noylos
enei iulios
iis dudi.

Huc spectas
quod Ser-
vius 6. R.
ntia. anno-
tat ad illud
Tartareu
ille manu
custodem
in vitæ
pessit.

Obduci juvenum densa caligine pectus.

Contra senectam posse quiddam dicere rudi juvenia melius ac præclarus. Hinc videlicet apud vos, &
Nestoris lingua melle profluit, & Trojanorum Oratores liviosam edunt, videlicet floridam quandam
vocem, nam liria, si satis memini, flores appellantur: proinde quod auribus ad linguam vinctos trahit se-
nex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidem debes mirari, qui quidem non igno-
res lingua cum auribus esse cognationem. Neq; vero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea per-
forata sit: nam memini, inquit, & jambicos quosdam versiculos apud vos dicere, viris loquacibus ex-
tremam linguam perforatam esse omnibus. Quin de eodem hanc in summa habemus opinionem, ut
quicquid erit, id illum oratione facundiaq; egisse putemus: utpote virum sapientem, ac persuadendo
pleriq; sibi subegisse. Im tela illius nimirum rationes sunt acuta missiles, citæ, atq; animum sauciantes
unde pennigeræ dicta sunt oratio. Hæc Lucianus, quæ ad hujus hieroglyphici explicationem sufficere
opinor.

RATIONIS CUM APPETITU PUGNA
CAP. XIV.

*Herculis
cum An-
theo pugna
hierogly-
phicum.
Huc spectat
nomen An-
thei contra
viciatini-
mitum.*

Herculis Antheum intermentis simulachrum in multis antiquis numismatibus cernitur, quod
Antheus vero corporis Herculis pectus sapientiae sedes, atque prudentiae: quibus perpetuus est cum
appetitu ac voluptatib. pugna; semper enim appetitus rationi obstitit, nec potest ratio superari, ni-
si corpus ita in altum, & procul ab terrenarum rerum intuitu extulerit, ut pedes, hoc est, affectus, pul-
lum amplius fomentum à tellure accipiant: imò cupiditates & affectus qui terrae sunt filii, prohis in-
terficiat. Quo de genere mortis loquitur D. Paulus, Coloss. 3. cum ait: *Mortui estis, & vita vestra abs-*
condita est, cum Christo in Deo. Et David, Pla. 116. *Pretiosa in conspectu Domini meri sanctorum est.*
Et Servator ipse: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si au-*
tem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioann. 12. Et haec est omnium victoriarum praestantissi-
ma, unde in Scipionis Africae tumulo legitur hic elegantissimus versiculus:

MAXIMA CUNCTARUM VICTORIA; VICTA VOLUPTAS.

& Boëtius hoc ipsum Herculis factum celebrans ait, SUPERATA TELLUS, SIDIRA DONAT.

INGENIUM VEL INTELLIGENTIAE
VIS CAP. XV.

*Pterius, hic
tres virtu-
tes Herculi
attribuit.
54. ex simu-
lacro Capi-
tolii.
Sagitta
trium cu-
spidum
quid.*

Symbolica non solum Aegyptiorum, verum etiam Graecorum Theologia, Herculem pro huma-
no ingenio vel intelligentiae vi ponit, pingitque illum arcum trium cuspidum sagittam iaculentem:
propterea quod humani ingenii acumen, caelestia, terrena & inferna scrutatur, vel propter triparti-
tam Philosophiae distributionem, quia ingenio Mathematicas disciplinas, rerum naturalium causas,
& divina mysteria indagamus: aut alio modo, ex Socraticae scholae divisione in differendi subtilitate,
naturae obscuritate, vita & moribus eo utimur, ita ut sagitta trium cuspidum aut triplicem mundum,
aut triplicem contemplationem, aut tripartitam significet.

PROMETHEUS.

ARTES ET INGENIUM, VEL ARTIUM
INVENTORES. CAP. XVI.

*Facula de
artium ori-
gine Plac-
nu.*

Plato in Protagora sub persona Socratis, huius mo-
di narrat de Artium origine fabulam. Erat, inquit,
aliquando tempus, quo dii quidem erant, mortalium au-
tem genera non erant. Postquam autem & his tempus fa-
tis constitutum venit, ut crearentur, formabant ipsa dii
intra terram ex terra & igne permixtis & ex his quae igne
ac terra permisceantur. Quam vero in lucem iam illa pro-
ducturi essent, illorum ornamentorum facultatibusq; singu-
lis, prout deceret, distribuendarum curam Prometheus &
Epimetheus demandarunt. At Epimetheus sibi distri-
buendi munus deposcit, & Prometheus, dum ego distri-
buo, dicit, Aspice & considera. Sicque illo persuaso dis-
tributionem facit. Hic vero aliis robur absque celerita-
te apponebat, alia debiliora velocitate ornabat, alia ar-
mabat, aliis inermi data natura, aliam quaedam facultatem ad
salutem excogitabat. Quae enim ex ipsis parva seceratis

*Vt qui pru-
dentissimus
erat, vix
ex quibus
à providen-
tia veni-
t agnoscit.*



volat

volatilem fugam aut subterraneam habitationem tribuebat. Quæ vero magnitudine auxerat, ea hæc ipsa servabat, & reliqua hoc modo ex quans distribuebat: ea industria, ut caveret, ne quod genus interiret. Postquam vero mutæ corruptionis effugia ipsis suppeditasset, facilitatem anni, tempora & varias cæli tempestates sub diu ferendi excogitabat, induens illa densis pilis, & solidis pedibus quæ & hyemem & æstum arcere possent: & quæ singulis cubilia petentibus proprium ac naturale stratum præstarent: sub pedibus alia unguis, alia pilis & coriis solidis ac exunguibus munivit. Necnon alimenta aliis aliis suppeditabat, his herbam ex terra, illis arborum fructus, aliis radices, quibusdam vero aliorum animalium laniatum in alimentum dabat. Et his quidem paucam sobolem tribuebat, his vero quæ ab illis dilaniarentur, multam, quo genus ipsam conservaretur. Proinde Epimetheus, ut qui non usque adeo sapiens esset, non animadvertit, se facultates in bruta animantia expendisse. Restabat adhuc ipsi inornatum hominum genus, & quid cum ipso ageret, ambigebat. Quo dubitante, venit Prometheus, in specturum distributionem, & videt reliqua quidem animalia accuratè omnia habere, hominem vero nudum, non calcatum & inermem, jamq; fatalis dies aderat, qua etiam hominem ex terra in lucem proferre oportebat. Consilii itaque inopia prehensus Prometheus, & quamnam homini salutem reperiret nesciens, Vulcani & Minervæ artificiosam sapientiam una cum igne furatur. Fieri enim nullo modo poterat, ut illa absque igne ab ullo possideretur, aut ulli utilis esset: & sic illam homini largitur. Sapientiam itaque circa parandum victum hoc modo homo accepit: artem vero versandi in Republ. non habebat. Illa enim apud Jovem erat. Prometheo autem Jovis artem ingredi non licebat, quoniam Jovis munitiones horrendæ erant: at in communem Minervæ & Vulcani domum, in qua artes exercabantur, furtim ingressus erat, & furto sublata ignea Vulcani arte & alia Minervæ, eas homini contulit. Et ex hoc contigit homini victus facultas, Prometheus vero post eam quæ fertur furti pœnam Epimethæi causa dedit. Postquam autem homo divitiarum participes factus esset, primum quidem propter Dei cognitionem ex igne contractam, solus inter omnia animantia deos esse putavit, illique aras & statuas dicavit. Deinde vocem & nominabreviter artem articulavit, habitationes, vestes calceos, strata, & alimenta ex terra invenit. Hoc artem modo instructi initio homines sparsim habitabant, nullas habentes civitates. Cumq; feris imbecilliores essent, passim ab illis interinebantur. Ars namq; opificiorum ad alimentum quidem idonea erat auxiliatrix: verum ad bellum contra feras manca: Reip. enim artem nondum habebant: cuius pars est ars militaris. Quærebant autem quomodo congregarentur ac servarentur condentes civitates. Quum vero congregati essent, injurias mutuo inferebant, ut qui artem gubernandæ Reipubl. non haberent, quare rursus dispergebantur ac peribant. Jupiter igitur timens generi nostro ne in totum aboleretur, Mercurium misit, ut pudore & justitia homines imbuant quæ, civitatum essent ornamenta & vincula, & amicitias inter homines conciliarent. Interrogat itaq; Mercurius, quomodo justitiam & pudorem hominibus distribuere debeat. Num ut artes distributæ sunt, ita & hæc distribuam? artes enim sic sunt distributæ, ut unus qui artem medicam aliave quampiam teneat, multo imperitis sufficiat. Ita ne ergo & justitiam & pudorem inter homines ponam? aut in omnes distribuam? In omnes, inquit Jupiter, ut omnes ejus participes fiant. Neq; enim constabunt civitates, si paucillorum participes fuerint, velut ex aliis artibus. Legem item nomine meo promulges, ut qui pudoris & justitiæ participes esse non possit, tamquam pestis civitatis occidatur. Ex qua narratione colligimus, per Promethæum faciem accensam, quæ ignis furtum significet, tenentem, ingenii vim in inventendis artibus, artiumve inventionem & ipsum inventorem denotari: fax enim anima illa vis est, quam Aristoteles intellectum agentem vocat, quam Plato & Ægyptiorum Theologia cœlestem signiculum lumenve extrinsecus adveniens appellarent, cuius proprium munus est artium inventio.

Cognitio à verum e-ventu, cuius filia penitentia.

Hinc Hori- tius Au- dax Iapri- genus libr. 4. Carm.

GRATA ACCEPTI BENEFICII
MEMORIA. CAP. XVII.

Hominis prope rupem arduam stantis, annulumq; ferreum ex catena, quæ monti alligata est, exemptum cum aduexo lapillo in digito habentis imago, gratam accepti beneficii memoriam signifi-

significat in eo præsertim cui delicti pœna condonata est. Ajunt enim Prometheus, ob ignem diis surreptum, & cum mortalibus communicatum, ab Jove Caucasi montis rupi ferrea catena alligatum fuisse; & paulo post ab eodem ejus misero solutum, in hujus beneficii memoriam unum ex illis centenæ annulis cum saxi portione ex rupe sumpta, digito alligasse, indeque post annulorum & lapillarum jungendorum morem emanasse: quo fit ut etiam solus ferreus annulus, quo diu Romani sunt, id possit significare.

Annulorum origo.

DELICTI POENA, VEL ULTIO
DIVINA. CAP. XVIII.

Idem Prometheus rupi alligatus, pœnam delicti divinamque ultionem imminere denotat, vel justum judicium esse, & calamitatem flagelli loco divinitus immisissam, quemadmodum ipse Prometheus divino judicio ob ignem cœlitibus furto ablatum, turi alligatus traditur.

MERCURIUS.
ORATIO, VEL ELOQUENTIA. CAP. XIX.

Horat. i. Carmin. Mercuri. Cuiusque vos culeos voce formasti. Mercurii varia hystorographica, Odyssa vers. 122. Nam est mantis potans. Mercurius, a quoque Stella ad Apolliniam nomen refertur. Macrobi. Sat. i. e. 19. De Mercurii sermonis efficacia. Aster. Pier. l. 23. Ibi efficitur sermo. Hinc dicitur. Hæc ovibus. Valde utilis Odyssa. l. 8.

Mercurius orationis vim interpretandique virtutem & eloquentiam significat, ut pote Deorum nuncius atque interpres, unde Virgilius dixit:

Interpres divum cœlo demissus ab alto.

Fingitur autem protensus atque erectus, propter orationis vim, alas in capite & pedibus habens, ut significet volucrum per aëra ferri semonem: nam & Homerus *ἄλ' ἀναστρέφεται*, hoc est, *alata verba appellavit.*

VELOCIOR SENSUS, VEL INTELLIGENTIA AGENS. CAP. XX.

Ammianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret exurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret, quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex Philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus in facris per Mercurium, intellectum agentem, & celeritatem sensuumque motum significatum fuisse.

Ammianus Marcellinus scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret exurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret, quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse motus mentium excitantem, quem vulgo Intellectum agentem vocant, ex Philosophorum arcanis acceperat. Ex quo colligimus in facris per Mercurium, intellectum agentem, & celeritatem sensuumque motum significatum fuisse.

FIRMITAS ET GRAVITAS ORATIONIS. CAP. XXI.

Macrobi. Sat. i. e. 19. De Mercurii sermonis efficacia. Aster. Pier. l. 23. Ibi efficitur sermo. Hinc dicitur. Hæc ovibus. Valde utilis Odyssa. l. 8.

Cum autem orationem, gravem, firmam solidamque esse debere indicare volebant, Mercurium in quadam basi sine pedibus pingebant, quod veri sermonis firmitatem ac robur indicabat: tum etiam, quia sermo sine manuum vel pedum adjumento suo fungitur officio.

MERCATOR, VEL MERCATURA
ET LUCRUM. CAP. XXII.

Macrobi. Sat. i. e. 19. De Mercurii sermonis efficacia. Aster. Pier. l. 23. Ibi efficitur sermo. Hinc dicitur. Hæc ovibus. Valde utilis Odyssa. l. 8.

Per eandem quoque Mercurii imaginem, quæ marsupium manu teneret, galli ad ejus bos sim ponentes, lucrum, mercaturam, mercatoremve significarunt: quod is mercium & lucri Deus habetur: quia sermonis ope omnia mercimonia & contractus fiunt. Gallum vero idcirco illi apponunt vigilantiae symbolum, ut indicaret mercatores decere vigilantes esse, nec totas somno tribuere noctes.

FUR ET FALLAX. CAP. XXIII.

Fur quoque & furandi ars, atque fallacia, Mercurii Apollini Boves furantis imagine significatur, quod illum ejus artis & fallaciarum ac doli fraudisque inventorem Poetæ tradiderint, unde & illi

& illi cognomentum *χλμρσ*, Phurnuto & Suida authoribus, est inditum; ideoque sic de illo cecinit

Horatius
*Callidum quidquid placuit jocoso
Condere furto.
Te Boves olim, nisi reddidisset,
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.*

Horat. lib.
1. Carm.
Ode 10.
Batum
passivem
quem ob
perfidiam
in saxum
mutavit.
Ovidius 2.
Metam.

& Prudentius:
*Expertes furandi homines, hac imbuit arte,
Mercurius Maja genitus.*

HYDRARGYRON. CAP. XXIV.

Per eundem Mercurium Chemicæ artis professores, argentum liquidum, quod vulgo vivum, Græcè hydrargyron appellatur, propter ejus mobilitatem intelligunt: nam illi singulis metallis Plueticarum nomina attribuunt: ut plumbo Saturni, stannò Jovis, ferro & chalybi Martis, auro Solis, zni Veneris, argento Lunæ, ut Plato in Timæo facere videtur.

TALARIA.

VELOCITAS. CAP. XXV.

TALARIA Mercurii, velocitatem motumq; significant, quod is sublimis per aëra feratur, ut Virgilius ait:

Ænei. l. 4.

--- Et primum pedibus talaria nectit
Aurea: quæ sublimem alis, sive aquora supra,
Sens terram rapido pariter cum flumine portant.

adeo ut si cuiquam significare velimus fugiendum esse apte talaria depingere possimus: unde fit ut etiam communi sermone dici soleat; *Addere pedibus alas*, pro celeritate. Item Virgilius:

Pedibus timor addidit alas.

CADUCEUS.

POTESTAS ET VIS FATI. CAP. XXVI.

EST & alia Caducei qui Mercurio attribuitur significatio, præter eas quæ à Pierio sunt enumeratæ. Caduceus enim fati potestatem significat, vel afflatum quendam divinum dictumque, quo non modo mentes nostræ, verum etiam creata omnia moventur & gubernantur: atq; vinculum quo cum Deo colligati sumus, ac inter nos ipsiusq; fati necessitatem omnia stringentem. Quod præclare indicasse videtur Virgilius his verbis:

Ænei. li. 6.
ab Homero
Odyf. 1. &
u. Eclia u.
Mac. lib. 7.
c. 19. & idē
Pierius e-
mnino lib.
15. in Ca-
duceo.

*Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco,
Pallentesque alias sub tristia Tartara mittit.
Diat serenos, admittitque, & lumina morte resignat:
Illa fretus agit ventos, & turbidattranat
Nubila.*

Sic enim pingebatur ab Ægyptiis Caduceus ille, Macrobio authore, in specie Draconum maris & foeminae conjunctorum, qui parte media voluminis sui, invicem nodo, quem vocant Herculis, obligabantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli jungebant: &

Caduceus
quomodo
ab Ægyptiis
pingebatur

Aaaaa

postmo-

postmodum cauda revocabantur ad capulum Caducei, ornabanturque aliis ex eadem capuli parte nascentibus,

CONCORDIA. CAP. XXVII.

*Idem Pier.
libr. 15. in
Concordia.
Hinc ca-
duceos
legati, fe-
cialesque,
pari &
concordia
sequeres.
M. Antonii
Triumvi-
virum.*

Idem Mercurii Caduceus angues illos circumvolutos habens, quos ipse ut Poeta narrat, pugnantes cum invenisset, diremit, ita ut ambo Caduceo ejus adhaerent, Concordia symbolum est, ut in antiquis numismatibus apparet, ac inter cetera in M. Antonii triumviri numismate quodam, in cuius una parte, mulieris laurea corona sub capitis velamine redimitur caput est, cum his literis, VIR. P. C. in altera duae manus junctae Caduceum hunc tenentes, cum hac inscriptione, M. ANTON. e. CAESAR. quod proculdubio pro Concordia, quae tunc inter Caesarem, Antonium & Lepidum erat, symbolo positum fuit; idemque Caduceus res quae eandem vim habent, similes sunt, deorum, duobus Serpentibus, ejusdem videlicet generis animalibus.

A R G U S.
MUNDI MACHINA. CAP. XXVIII.

Argus circa totum caput oculos habent, de quo sic canit Ovidius, *Metam. lib. 1.*

*Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inq; suis vicibus capiebant bina quietem,
Cetera servabant, atque in statione manebant.*

& Statius:

Speclat in occiduis stellatum visibus Argum.

*Hac à Ma-
crob. libr.
1. cap. 19.
ma p. 1. d. p.
20. l. 2. p.
Ibid. Macro.*

hic, inquam, universae mundi machinae typus est: cuius caput caeli praese fert imaginem, oculi stellarum, quae inferiora omnia custodiant & fovēt. Voluerunt enim Theologi Symbolici mundum animal esse: idque sub Argi imagine significarunt: & terram quoque moveri dixerunt. Ait enim Mercurius Trismegistus in Pimandro, terram non solum moveri, verum etiam vario motu agitari: sed tamen ita, ut cum reliquis elementis comparata propter motus tarditatem, immota videatur: idque hujusmodi argumento probare nititur: *Non est, inquit, credendum, illam quae omnia nutrit, fovet, concipit & parit, motus expertem esse, fieri enim nequit, ut quod non movetur, quiescat & pariat.* Ut igitur stellae ac sidera hujus mundi oculi sunt, sic herbae, arbores & plantae omnes capillorum locum obtinent: metalla vero & lapides, ossium: nil mirum igitur, si sub Argi imagine mundum universum comprehendit Aegyptiorum Theologia.

E N D Y M I O N.
PIORUM OBITUUS. CAP. XXIX.

*Mortis ge-
neris opti-
mum quod.*

Cum plura sint mortis genera, illud maximè & à sapientibus Gentium, & Sacrarum literarum testimonio comprobatur, & commendatur: cum qui pie & sancte vixerunt, jamque altero illo genere mortis, de quo in Hercule Anthem interimente diximus, mortui, hoc est, pravis cupiditatibus devictis, & ad Deum anhelantes, ac cum eo conjungi (quod in hoc corporis carcere fieri non potest) cupientes, ab eo in caelum trahuntur, corpore, non secus atque altissimo somno morte consopito: quemadmodum mori cupivit Paulus, cum diceret, *Cupio dissolvi, & esse cum Christo* Hoc autem genus mortis osculum vocaverit Symbolici Theologi: de quo videtur loquutus esse Salomon in Cantico,

Philip. 1.

comit: *Osculetur me osculo oris sui*, quod, sub Endymionis quem Diana in monte altissimo consopitum somno osculatur, in imagine adumbrant. Ajunt enim Dianam, ut quæ siderum vim quam ipsa recipit, ad inferiora transmittat, reginam esse & dominā cœlestium proportionum atq; intelligentiarum: Endymionem vero animam hominis pii significare, cujus amore capti cœlites, ut illam sibi conjungere possint, neque osculari, in alto monte hoc est, dum cogitationem & mentem in cœlum attollit, somno altissimo consopit. id est, morte hujus corporis. Nam cum corpus impedimento sit, quo minus perfecte Deo coniungi possimus, sequitur eo soluto nos libere in cœlum evoluros. Quod quanto citius fit, tanto majores Deo gratias habere debemus: nec tamen recitare quamdiu ei visum fuerit, hujus corporis carcerem a quo animo ferre: sed assidue illum rogare, qui solus omnia bona largitur, ut interea saltem cupiditates nostras, quæ nos ab ejus complexu abstrahere possunt, interimat. Quod ut faciat, clementiam ejus supplicem manus tendens rogo & obsecro.



Cantic. 1.

At Lucian, in Astrologia ait illum primum mortalibus Luna rationem ostendisse.

PACIFICATOR HABITUS. CAP. XXX.

NOLUMUS hic omittere, priusquam viriles imagines absolveremus, quin ea adjiceremus, quæ Quintilianus de pacificatore habitu scribit. Sic enim ait. *Et ille habitus, qui in statu pacificator esse solet, qui inclinato in humerum sinistrum capite, brachioq; ab ante protenso, manum erecto pollice protendit: qui quidem maxime placet iis, qui se dicere sublata manu iactant: cujusmodi habitus hodie cernitur Romæ in pulcherrima statua, quæ pro e de Latranensi stat.*



Nam eadem statua, de qua Pictorius li. 35. in pacificator, gestus hic refertur aliter à Pictorio lib. 26. in Pacificario. Favori, & contrarii figura. Idem à Pictorio li. 36. in Favori, traditur.

QUOMODO PINGI SOLERENT AVETERIBUS FAVOR, EIUQUE CONTRARIUM. CAP. XXXI.

CUM iis qui de Pacificatore habitu diximus, faciunt, quæ de favoris ejusq; contrarii symbolo scribit Politianus in miscellaneis: favorem enim pollicibus preffis, & ejus contrarium versis significari solitum ait, idq; Horatii, Juvenalis, Plinii & Prudentii auctoritate probat. Sic namq; ait Horat. in primo Epistolarum, 18. Epist.

Consentire suis studiis qui crediderit te, Favor utroq; tuum laudabit pollice iudum.

D Juvenalis vero hoc modo: *Et verso pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter.*

Plinius autem libro Naturalis Historia vigesimo octavo, *Pollices, cum faveamus, premere etiam pro verbo jubemur.* Et Prudentius,

Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa Delicias, ait esse suas, poltusque jacentis Virgo modesta jubes converso pollice rumpi.

Ex quibus patet, eos qui faverent, pollicem premere, qui vero favorem denegarent, vertere solitos.

Aaaaa 2 FIDIUS

F I D I U S D E U S.
F I D E S. CAP. XXXII.

*Deus Sabi-
norum.*

*In platea
qua Ate-
nula dicta,
penes pa-
tricioſ San-
taeicos.
Vide Embl.
9. Alciati,
cum Ch. in
idem Mi-
noem.*

PRæstantissimum extat Romæ in antiquo marmo-
re Fidi simulachrum, sic expressum: Vir est imber-
bis quidem, sed tamen maturam præ se ferens ætatem,
cui adjectum est nomen HONOR: hic VERITA-
TI, quæ virginis forma expressa est, manum porrigit
prenditque: in medio autem AMOR est pueri ætate:
quod hæc tria sint, quibus Fides nititur, quæque illam
inviolatam conservant: nempe honoris studium, ve-
ritas promissorum, ut videlicet ab utroque serventur, &
amor, qui nisi adsit & faveat, facillè fides corrumpitur:
nam fidem honos sustinet, veritas parit, amor nutrit.



S O M N U S.
V E R A E T F A L S A S O M N I A.
CAP. XXXIII.

*Veri falsiq;
somnia
Symbolum.*

Mago virilis facie resoluta & languenti, candida subtile veste & supra nigra induta, quasi diem &
noctem indicaret, cornu manu tenens, Philostrato auctore, somnum significat: quod cum vera
somnia immitit, nigrum cornu habere fingitur: cum verò falsa, eburneum: unde & geminae somni
portæ à Virgilio finguntur, his verbis:

*Sunt gemina somni portæ, quarum altera fertur
Corneæ, quæ veris facilis datur exitus umbris,
Alteræ candenti perfellæ nitens Elephantæ:
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.*

Aenid. 6.

*In Som.
Scip. c. 3.*

quoniam, ut inquit Macrobius ex Porphyrii autoritate, latet omne verum: hoc tamen anima cum
ab officiis corporis somno paulum libera est, interdum aspicit, nonnunquam tendit aciem, nec ta-
men pervenit. Et cum eum aspicit, tamen non libero & perfecto lumine videt, sed interiecto rela-
mine, quod nexus naturæ caligantis obducit, quod Virgilius his verbis indicavit:

*Aspice, namque omnem, quæ nunc obducta tueni
Mortales hebetat visus, tibi est humidæ circum
Caligat, nubem eripiam.*

Aenid. 6.

*Macrobius
ibidem.*

Hoc igitur velamen, quod nigro colore significatur, cum in quiete ad verum usque aciem introspi-
cientis admittit, cornu esse creditur: cuius hæc est natura, ut tenuatum visui pervium sit: cum æ-
tem à vero hebetatur, ac repellit obtutum, eburneum putatur: cuius corpus ita natura densatum est, ut ad
quamvis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad ulteriora tendente penetrare possit. Hæc Macro-
bius. Servius vero aliam adfert rationem: ait enim per portam corneam oculos significari, qui &
cornei sunt coloris, & duriores ceteris membris, quia frigus non sentiunt, ut & Cicero in libris de na-
tura Deorum testatur. Per eburneam vero portam, os, propter dentes, quod ea quæ loquimur, falsa
esse possunt: ea vero quæ videmus, sine dubio vera sint. Aut vero ait, corneam portam idcirco ve-
ram dici, quod, ut ii, qui de somniorum interpretatione scripserunt, testantur, quæ somnia personarum
statum & fortunam non excedunt, vera sint, & simplicia, ut cornu est: quæ vero supra fortunam
sunt, & nimium habent ornatum, falsa: unde eburnea quasi ornatio porta fingitur.

HONOS

HONOS ET VIRTUTUS CAP. XXXIV.

IN quibusdam Vitellii Cæsaris numismatib. inveniuntur pulcherrimæ Honoris ac Virtutis imagines, in quibus Virtus sic est expressa; Juvenis galeatus cum pennis supra galeam, hastam sinistra, sceptrum dextra tenens, ocreas habens, & sub dextro pede teftudinem, Honorem, qui muliebri forma est expressus, intuens. Habet autem caput galeatum, ut fortitudine ad Virtutem opus esse indicet, quo nos ab imminentibus insidiis tutamur, eandemq; ob causam hastam habet: pennæ vero vel crista ingenii acumen significant & sublimitia cogitanda. Sceptrum potestatem vitiorum dommandorum, & cupiditatum frændarum. Ocreæ duplicem habent significationem, primum, quod qui Virtutem se cõtantur, semper ad locum, si opus sit, Virtutis exercendæ causâ, mutandum parati esse debent. Deinde, quia pedes & crura imbecillitatem, quam ex hoc terreo corpore suscipimus, quæ nos cupiditatum ictibus obnoxios reddit Prudentia, cujus symbolû est testudo, quam sub pede habet, diligenter muniamus, sicque gressus nostros dirigendos, Prudentia duce, ut ne nosmetipsos in peccandi necessitatem conjiciamus, semperq; in omnibus rebus honorem spectandum & intuemdum, non autem opes. Honos muliebri potissimum forma depingitur, quod mulieres maxime honoris studiosas esse deceat. Est autem seminuda mulieris imago, propter opum contemptionem: eademq; cornucopiæ gestat, & galeam pede premit, quia ex Virtute omnium rerum copia provenit, & virum in Honore propter Virtutem constitutum omnes venerantur.



Honoris & Virtutis imago, ejusque explicatio. *Vigna à viro.* Eadem *Pier. de Galea li. 42* Et propter celebritatem. *Pier. lib. 27. mementum assignat, quod respondet prudentiâ.*

HECATE LUNA. CAP. XXXV.

UNam sub Hecates imagine pingebant, propter varias ejus corporis figuras. Hecate enim cum tribus capitibus pingitur, quorum sinistrû Equi est, dextrum Canis, medium Hominis. Luna n. ex Solis distantia varias figuras sumere videtur, & cum novilunium pingere volebant, candidis vel aureis vestibus indutâ, & ardenti faciem tenentem eâ faciebant: cû mediâ ostendere volebant, eistâ ei in manu ponebant, quia crescentelumine fruges maturat. Plenilunium autem virtutem ferrugineo colore denotarunt, tuncque ramû Laureum & Papaver manû tenere fingebatur: ramum quidem Laureum, quoniam à Sole ignea sit: Laurus enim Soli consecrata est; Papaver vero propter fertilitatem multitudinemque animarum, quæ in ea, tanquam in civitate habitare putabantur. Duplicem enim tellurem Aegyptiorum Philosophia statuebat superiorem unam, inferiorem alteram superioremq; per tellurem Lunam esse putabant, inferiorem verò hanc frugû procreatricem, quanos mortales habitabamus: illam it. animas corpore solutas incolere putabant, quia cum Aegyptii, ex Hebræorum, à quibus multa didicerunt Theologica, esse quandam focum, in quem animæ à corpore solute transmigrent, ibique beatorum sedes esse, & multa gratere de celesti illa patria, & sancta civitate ejus-



nas. *Comas lib. 3. Myib 6. 25.* Hecates hieroglyphicum.

Auſtor. Xenophanes Tellus duplex Aegyptiorum.

AAAA 3 te ejus-

te, ejusq; regionibus audivissent: & in plenilunio maculas quasdam in Lunæ orbe viderent, quæ in nullo alio sidere cernerentur, & terrarum quandam motuumque & factum imaginem præ se ferrent, divina mysteria & arcana humana intelligentia metiri volentes: ea omnia in Luna esse putabant, eamque cœlestem illam tellurem esse aiebant. Nec defuerunt, qui duplicem mundum starent, unum, in quo perfecta rerum omnium, quæ in hoc nostro orbe sunt, exempla atque imagines cernuntur, ab ipso Creatore minime corruptioni obnoxia facta, quas Ideas vocavero, ex quibus postea ad illarum imitationem, quæ in hoc mundo sunt omnia creata sint, mundum illum idearum Lunam esse dixerunt. Sic enim ratiocinabantur. Ut architectus, pulcherrimam aliquam domum templumque ædificaturus imaginem ejus perfectissimam mente concipit: quæ cum ex materia concreta non sit facta, corruptioni minime est obnoxia, nisi cum architectus ipse corrumpitur, hoc est, aut moritur, aut mente alienatur, neque post ædificium ipsum tam perfectum & absolutum reddere potest, ut ideam illam, quam conceperat æquet: ita & summus iste Opifex atque Architectus, mundum hunc creaturus, ejus & omnium, quæ in eo esse volebat, imaginem perfectissimam concepit, quæ imago, utpote in ejus, qui omni corpore solutus est, quique omnia potest mente concepta, ita perfecta fuit, ut nihil perfectius excogitari posset, & re ipsa extitit, quia potentissimus est, qui eam fecit. Et quemadmodum imago humana mente concepta, sine sui artificis corruptione corrumpi non potest; sic illam, quæ opificem habet nulli corruptioni obnoxiam, sempiternam fore, necesse est fieri. Hanc autem imaginem Lunam esse volebant, cui etiam creator vim hæc inferiora ad sui exemplum, sed minus perfecta, gignendi dederit: quam vim Naturam appellarunt. Et sic Lunam multitudinem animarum, vel quod in ea corpore soluta habitarent, vel quod ab illa in mortalia corpora infunderent immitterenturque, vel quod perfectissimas illarum contineret imagines, tribuerunt. Sed est & alia ratio, cur illi fertilitas multitudoque animarum tribuatur: quia videlicet Luna crescente, planta & fructus, nec non & animalia magis crescunt, & quia partui præ esse putatur. Nec tamen absurdum præteritus illorum sententiam existimarem, qui hujus mundi imaginem in Luna esse putarunt, modo nec divina illa idea, ad cujus exemplum omnia sunt creata, intellexissent: quæ non magis quam Deus in se mortalibus oculis cerni potest, cum divinam illam ideam sempiternam fore sit necesse, Lunam vero & Solem mutationi obnoxiam esse, Sacra litera testentur. Sed si hujus mundi imaginem tanquam in speculo cerni dixissent, facile illis assentiret. Lunare enim corpus speculo simile esse, solarium radorum reflexio, quam in eo videmus, indicat: itemque aquæ natura, quæ in speculis est, esse Philosophorum omnium illi humiditatis ad rerum generationem causam tribuentium consensus, & re ipsa docet. Cum igitur talis sit Luna, & in plenilunio terra inter Solem & illam posita, hujusmodi macula in ejus corpore cernantur, quæ mediam orbis terrarum partem, ut illam à Geographis pingi videmus, imitentur, quis non credat maculas istas terræ imaginem esse? Nam quod illas ob corpora inæqualitatem fieri dicunt, id absurdissimum videtur in cœlesti corpore: & falsum esse testatur solarium radorum tanta reflexio, quæ nisi ex politissimo nitidissimoque corpore fieri nullo modo posset. Quod vero alii vapores esse putant, quos illa assidue ad se trahat, primum dico fieri non posse, si vapores essent, ut semper eandem figuram sicutque servarent: deinde Mathematicorum, hæc est, Optices certissimas verissimasque rationes, id falsum ostendere. Nam cum vapores non supra mediam aeris regionem attollantur, necesse esset, Lunam à Britanniis, aut Hispaniis aut Ægyptis, quorum acies supra vapores illos, qui in nostris solus modo regionibus essent, tenderet, sine maculis cerni: nam si quis forte diceret, vapores illos totam mediam aeris regionem occupare, & ideo ab omnibus videri: is sciet, si ita se res haberet, nos non maculas, sed totum Lunarem orbem quasi videremine quodam obductum visuros. Ex quo patet, cum eadem maculae æque ab omnibus generibus cernantur, vapores eos non esse. Sed & ipsarum macularum figura optime orbis terrarum imaginem, ut ex tam longinquo tractu perspicere potest, præ se fert, quemadmodum quilibet videre potest.

Opinio i-
dearum
Lunam
mundum
statuenti-
um.

Plin. libr. 2.
c. 99.
Vnde Luci-
na dicta, à
luce, vel à
circumvol-
vendo.

Cujus ali-
mentum in
dulcibus a-
quis, ait Pl.
l. 2. c. 101.

Imago ter-
rae in ma-
culis Lunæ.

PERSEPHONE SIVE PROSERPINA.
SEMINUM VIRTUS ET GENERATIO.
CAP. XXXVI.

Seminum virtutem & gignendi vim, quæ potissimum in terra est, veteres muliebri forma germina quædam protendentem pinxerunt, hancq; imaginem bonam Deam vel Persephonem appellarunt: semen non ante geminare significantes, quam in terram projectum aliquandiu ibi latuerit.

Ideoq; à proserpando dicta quia semen per terram serpat, sitq; Cerevæ filia.

DIONYSIUS.
PROMISCUA GIGNENDI VIRTUS PLANTARUM
CAP. XXXVII.

Quoniam verò plantæ non solum ex semine, verum etiam quædam ex furculis plantatis nascuntur, hanc promiscuam gignendi vim, sub Dionysii imagine expresserunt, quem muliebri forma & cornua habentem pingebant.

Idoq; sepulchro ac integer reviviscit propter plantas è propagibus ortus.

JUNO.
QUATUOR ELEMENTA. CAP. XXXVIII.

Iuno catena de celo ab Jove suspensa, & lapides pedibus alligatos habens, ab Homero fingitur, ita ut unius pedem contrariorem habeat altero; quæ imago quatuor elementorum symbolum est. Juno enim ipsa aërem significat. catena ignem quo cætera colligantur atque nascuntur, lapis altiori pedi appensus, aquam, alter verò terram: quæ omnia Jupiter, quem cæli rectorem significare volunt, ita cælo alligavit, ut ex illo pendeant, ipsi usque, qui cælum movet, nutu gubernentur.



Elementorum hieroglyphica figura. Iliad. 9. Hinc Orph. in hymno Junonis. Aëriam cælestis faciem Juno.

TEMPESTATIS MUTATIONEM.
ET ARCANA TEMPORE PATEFIERI.
CAP. XXXIX.

Eadem Juno nubibus undiq; septa, ita ut vix cerni possit tum mutationem tempestatis (cum Juno aëris symbolum sit) tum res alta vultus caligine mergas, aut alioqui obscuras absconditasque, quas tamen tempus patefaciet, tum temporis brevitatem significat.

Hinc En. i. 4. illa. His ego nigrantem, & c.

SPES FALLAX CAP. XL.

Eadem quoque Juno ex nubibus ficta, res de quibus agitur fictas, & falsas esse significat, spernq; fallacem: admonetque ut caveamus nobis ab illis oribus, vel ne falso, ut sæpe fit, amore capiamur, nosque sceminis deludendos præbeamus. Ajunt enim, Junonem ab Ixione adulterii sollicita, tam illi corpus ex nubibus sui imaginem præ se ferens obtulisse, eum quo ille jacuerit.

Plus, in Agide & Cleomene ambitioni tribuit.

EURO

ANIMÆ HOMINIS IN CORPORE STATUS. CAP. XLI.

Mulier Tauro insidens, ac per mare delata, faciem tamen in tergum conversa, & litus quod longe liquit respiciens, significat animam hominis, quæ corpus per hujus mundi pelagus defert, cum ipsa tamen tellurem, quam deseruit, hoc est, Deum creatorem atq; opificem, avidis oculis intueatur. Et hic est Platonius ille animæ circulus, atque rationis motus, cum videlicet mente à divinis ad humanas res cogitandas, ipsaq; creta, conversa, tandem ad Dei contemplationem homo redit: ideoque Poëta finxerunt, Europam Agenoris Phœnicum regis filiam, ab Jove sub forma Bovis, aut Vituli raptam, & per mare in Cretam delatam fuisse: cujus fabula mystica explicatio est, quam modo protulimus.

Platonius
anima circulus.

Ovid. lib.
3. Metam.



DIANA.

RERUM PERMUTATIO. CAP. XLII.

Diana
hieroglyphicum,
Hinc foris
Jovia Or-
phica dicta,
terrestriis,
propter ge-
neratio-
nem &
corruptio-
nem,

Virgo cui Mercurius vestem porrigit. Diana est, que rerum mutationem ex incremento & diminutione factam significat. Finxerunt enim Græci Poëta, Jovem cum videret Dianam nudam incedentem, quod id virginem minime decere videretur. Mercurio, ut ei vestem faceret, mandasse: cumq; multas ei Mercurius vestes fecisset, nullam tamen illi aptam facere potuisse, propterea, quod illa, dum is unum pararet, assidue mutaretur, ita ut post illam non posset induere. Est ergo hæc figura incrementi & diminutionis, rerumve aut consilii & mentis mutationis hieroglyphicum.

DANAÆ CUM AUREA PLUVIA.
ANIMI PULCHRITUDO, ET COELESTIUM BONORUM AFFLUENTIA.

CAP. XLIII.

Alti &
largitiones
quibus o-
mnia pa-
rent, refe-
runt. Au-
rens imber
in gremio
Danae.

Danaë formosissimæ mulieri, aurum in gremio pluisse finxere Poëta, per Danaen animi pulchritudinem significantes, que naturalibus virtutibus continetur, quas Deus amat: per aureum vero imbrem celestium bonorum affluentiam, quæ ex divino amore, ejusque benigneitate sunt petenda. Omnium enim bonorum perfecta copia à Deo solo datur.

P A S I P H A E. ANIMA CUM AEREO VEHICULO. CAP. XLIV

Pasiphae Solis filia & Minois Cretae regis uxor. quam in vaccam transmutatam ex Tauro Minotaurum peperisse ferunt, qui media ex parte homo erat, reliqua Taurus, animam significat cum suo aethereo vehiculo, quo illam corpori coniungi Platonicis tradidere. Ajunt enim animas nostras in beatis illis sedibus & caelesti regione aethereum igneumve quoddam vehiculum, quo deferantur & moveantur, habere, cum nihil quod sit expertis corporis moveri possit: quod & David vates comprobare videtur, cum canit. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam urentem.* Addunt deinde Platonicis illas, quamvis hoc igneum vehiculum habeant, tamen corpori, hoc est, terreo vehiculo, ob ignis subtilitatem & terrae crassitudinem, nisi aliquo intercedente medio, quod utriusque naturae sit particeps, jungi non posse, ideoque illam dum per caelestes orbes & elementa descendens, transit, paulatim crassiore se quasi veste induere, aereumque sibi vehiculum comparare, quod facile terreo huic corpori copuletur. Id autem facit corporis induendi cupiditate, ut iidem ajunt accensam: Taurus enim corpus significat, Vacca ficta aereum vehiculum. Pasiphae ipsam animam ex qua copula oritur Minotaurus, id est, homo ex anima & corpore conflatus.

Platonico- rum de animabus opinio. Hinc forsitan dicta, quia praeter ceteris omnibus, appareat iucundatque.

P A N D O R A. CAP. XLV.

Pandora mulier pyxidem in manu habens apertam, adversam fortunam, generis obscuritatem, infelicitatem, paupertatem, infamiam, aegritudinem, spei frustrationem, humanae sortis miseriam nobis adumbrat: nam cum haec virtutes omnes in pyxide inclusas teneret, eam, ut quid intus esset videret, aperiens, omnes elabi passa est, malis retentis, & spe sola, quae vasculi labro adhaesit, ut narrat Hesiodus: eam enim a Vulcano factam, & ab omnibus diis muneribus, quae pyxidi illi incluserant, ornatum, postquam Epimetheo conjugem datam tradit.

Hesiodus in Theogonia.

E U R I D I C E. APPETITUS. CAP. XLVI.

Eurydice, quam in pede momordit serpens, appetitum hominis significat, quam animi affectus exulcerant, pedes enim ac praesertim calcaneum, cupiditatum hieroglyphicum sunt. unde Servator discipulorum suorum pedes lavare voluit, ut eos ab affectibus terrenis mundos redderet, Joan. 13. Et Petro nolenti ut se lavaret, dixit, *Nisi laveris, non habebis partem meam.* Et in Genesi dixit Deus Serpenti, *Insidiaberis calcaneo ejus.* nec solum hoc in Sacris literis, verum etiam in Graecorum fabulis legimus, Achillem, propterea quod puer Stygis aquis fuisset immersum, nulla in parte vulnerari potuisse, praeterquam in pedibus, qui abluti non fuerant, ut indicarent eum fortem fuisse, nisi affectibus vinceretur propriis. Neque abhorret ab hoc sensu quod tradunt, Iasonem aureum vellus petentem, unum calcem in flumine, quod solum in toto terrarum orbe nulli venio est obnoxium, amisisse: hoc est, dum virtutem sectatur, & immortalitatem aliqua affectum parte exutum fuisse: & Virgilius, Didonem morituram unum calcem exuisse, scribit his verbis:



Hinc forsitan à lato pœna subeunda ei nomen, ob concupiscentiam. Per pedes ablutos quod significatur & in divinis & in profanis.

Ipsa mola, manibusque piis, altaria juxta

Bbbbb

Aene. lib. 4.

Fnum

Unum exuta pedem, vinculis in veste recincta

Testatur mortuura duos, & conscia suis

Sidera - - -

hoc est, uno affectu, nempe mortis formidine exutam, quæ Didonis figurâ repentinum summorum consilium significat.

C Y B E L E.
AGRICULTURA, VEL, VICTORIA POPULORUM.
CAP. XLVII.

Vide Plin. lib. 43. ibi. Terra. Cybeles simulacrum & eius interpretatio. Vide Pier. lib. 1. ibi. Super igne. Scitius.

CYbeles turritam coronam habentis simulacrum, tellurem indicat, & urbes quas illa sustinet domitas, vel victoriam de agricolis seditiosis partam, vel tellurem agricultura domandam, & eam quæ habitatur fertiliorem esse ea quæ minus incolitur. Ubi enim hominum frequentia, ibi artes & industria valent. Quod verò curru ejus Leones adjungere, ut in antiquis marmoribus nuncupantibusq; videre licet, id significat nullam esse terram adeo sterilem & asperam, quæ labore & industria fertilitatis reddi non possit, vel illam vim gignendi à Sole capere, cum Leo sit anima Phœbæ & natura. Hanc ipsi si non in curru, sed humi sedentem vel stantem cum circino pinxeris, Geometrix, si cum quadrato, Geographiæ, si cum ligone vel Taurum prope se habentem, Agriculturæ simulacrum habebis.

T R E S C H A R I T E S. CAP. XLVIII.

Hes. in Theogonia. Quid per simulacrum trii Charitum, ex Seneca, vel Aglaia. Dydain.

Tres Charites sorores fuisse traduntur. Pingebantur autem juvenes virgines, ridentes, manibus implexis, soluta ac perlucida veste: quarum natu maxima, Hesiado autore, Egle vocatur, media Euphrosyne, tertia Tholia. Quid autem hæc omnia significarent, pulcre docet Seneca de beneficiis libr. primo in hunc modum: *Quare, inquit, tres Gratia, & quare sorores sunt, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare juvenes, & quare virgines, soluta ac perlucida veste? Alii quidem videri volunt unam esse, quæ det beneficiū, alteram quæ accipiat, tertiam quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiumq; Sed utrumlibet existis judica verū. Quid ista nos juvat scientia? Quid ille conferens manibus in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficii per manum transeuntis, nihilominus ad dantem revertitur, & totius speciem perdit, si usquam interruptus est: pulcherrimus, si coheret, & vices servat. Idcirco dicitur, quia promerentium vultus hilaris sunt, quales solent esse qui dant, & qui accipiunt beneficia. Invenio, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, & sancta, & in quibus nihil esse alligati decet, nec astricti. Soluta vestes, quia beneficia conspici volunt. Hæc Seneca. Nos autem etiam illud minime silentio prætereundū censemus, quod una faciem avertere & occultare fingitur: ut indicet, eum qui minus dat, id clam facere debere, juxta Servatoris dictum: Cum facis elemosinam, noli tuba canere ante te. Et alio in loco: Ne scias sinistratua, quid faciat dextera. Altera Charis faciem apertam ostentat, quia ejus qui beneficiū accipit, est id ostentare & prædicare: tertia partem faciei ostendit, & partem occultat, significans beneficium contributionem eclandam esse, ostentandumq; ipsum beneficium.*

Milarem dantorem diligit Dominus.

2. cor. 6.



G O R G O N E S.

ANIMÆ TRES IN HOMINE. CAP. XLIX.

GORGONES capita, Draconum squamis obfita, dentes maximos Aprorum instar, item manus & alas habere finguntur: eas tres Phorci filias fuisse tradunt; nomine Euryale, Sthenyo, & Medusa, ex quibus Medusa sola mortalis fuisse perhibetur, reliquæ duæ immortales; idcoq; Medusam Perseus decollavit. Hæ Gorgones animarum hieroglyphicum sunt. Tradit enim Ægyptiorum Theologia, & cum ea Platonica quoque schola, tres in homine animas esse, quarum singulæ apud Hebræos proprium nomen habent: una enim *Nephes* vocatur, quæ Latine *Vivens* vel *Sentiens*, dici potest: quam cum bestiis communem habemus, & hæc mortalis est, quam Medusa innuit: est enim corpori proxima, eique adglutinata & sensibus, corporisque affectionibus obnoxia, de qua acutiores Theologi intellexisse Christum, cum dixit, *Tristis est anima mea usque ad mortem*; &, *Qui non habuerit vitam suam, perdet eam*: ideoque sinxerunt Perseum, qui divinum spiritum in melioremque genium significat, hanc obtruncasse: debent enim, qui altiora contemplari volunt atq; divina, hanc prorsus interimere, ne quid sensus animæ, quæ rationis particeps est, obesse possit. Altera anima *Ruach*, id est, *Spiritus*, nuncupatur, quæ rationis particeps est. Tertia dicitur *Nessamach*, id est, *Lumen*, ut à Pythagora & Davide fuit appellata, quam D. Augustinus *Divinitatis partem*, & Plato *Mentem* vocat. Ideo autem dixerunt has tres sorores homines suo aspectu in saxa convertere: quia quamvis illas in nobis, illarum tamen naturam nemo absolute potest scrutari, nisi Medusa obtruncata, id est, nisi corporæ affectionum impedimento prius fuerit liberatus: imo qui eas intueri voluit, saxis eos similes esse ad alia oportet. Oculus autem, quem sibi invicem hæ tres sorores mutuo dant, significat lumen quod habent extrinsecus, à Deo nobis dari, atq; ab una in alterâ animâ derivari.

Ab Apollodoro lib. 2. Tres animæ in homine quæ. Virgilius tamè Enid. l. 6 ad ult. scilicet sceleratos eas destruit ad inferos.

VIRGO CAPILLOS HABENS

E R E C T O S.

HOMINIS NATURA.

CAP. L.

PLATO dixit, hominem arbori similem esse, verum in hoc ab illa differre, quod illarum idces in terra fixas habet, homo autem in caelo: quod capilli capitis radicem similitudinem quandam habentes indicant. Radix autem vera hominis est anima, quæ caelitus est deorsum, & per quam vivimus, spiramus, & vitales fructus ferimus, ut arbor ex radice vitæ trahit unde in Cantico legimus, *Coma tua junctæ canalibus*; quod de celestibus vis, ex quibus virtus in nos descendit, est intelligendum: nam quæ de capillis & barba in Sacris literis dicuntur, ea omnia ad animam referre stantur. Origenes & Hieronymus. Unde si quis virginem capillos in caelum erectos habentem pinxerit, apte animam vel hominis naturam expresserit.



Non solum ratione capillorum, sed capitis totius, brachia vero ac pedes tanquam ramis Homini cum arboris comparatio.

VIRGO ABCISSIS CAPILLIS.

I M B E C I L L I T A S E T M O R S. CAP. LI.

VIRGO, cui abscissi sint capilli, imbecillitatem virium ingenii, animive, aut etiam mortem significat; quia non modo in Sacris literis videmus Sampsonis robur in capillis fuisse, quibus abscis-

Sed & apud Græcos & Latinos.

Bbbbb 2

sis fa-

statio ca-
pitis ser-
uam indi-
cabat.
Vide Pier.
lib. 32. ibi,
Coma Ro-
bur homi-
nis in ca-
pillis.

sis, facile captus victus fuit: verum etiam & Euripides finxit Alcestem mori non potuisse, donec illi ab Mercurio cœlitus demisso crinis abscederet: & Nisus non prius à Minoe interfici potuit, quam Junone missa ei flavum vertice crinem auferret.

A S T R Æ A.

JUSTITIA. CAP. LII.

ASTRÆAM Astræ Gigantis & Auroræ, vel Jovis, & Themidis filiam, pro Justitia lumi notissimum est: fingunt enim illam vitis crescentibus indignam in cœlum evolasse, locumque inter Leonem & Libram medium tenuisse: imo etiam ipsam Libram ei tribuunt, qua quid cuique debeat, expendat. Quamobrem sic de illa cecinit Ovi-

dius:

Lib. 1. Me-
tam.
Astræa fi-
gura, &
explicatio.

A Gell. lib.
14. 6. 4.

*Et virgo, cede madentes
Ultima cœlestium terras Astræa reliquit.*

Et Seneca in Octav.

*Neglectat terras fugit & mores feros
Hominum, & cruenta cede pollutas manus.
Astræa virgo siderum magnum decus.*



Eam quoque, ut Gellius & Chrysippus tradunt, forma atque silo virginis, aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acerbis, neque humilem, neque atrocem, sed reverendam cujusdam tristitiae dignitate pingi solitam, omnes fere norunt: cui nostri pictores modo lancem, modo securim, virgarumque fascem adjiciunt. Illud autem fere inauditum est, & tamen pulcherrimum, quod Alexander Aphrodisæus scribit, Justitiam ab Ægyptis sine capite pingi solitam, per manum sinistram portatæ palmam discapedinatam: quoniam sinistra genuina pigritia nulla calliditate prædita, æquitate optior quam dextra videtur. Collocatur autem inter Leonem & Libram, quia justum judicem intrepidum & forti animo esse oportet, ut nullius minis aut precibus ab æquo & bono dimoveatur: eundemque decet crimina omnium atque merita ad lancem discutere & ponderare, ut cuique quod meritis est tribuat. Caput vero ei non tam admissæ mihi videntur, quam inter sidera occultasse, ut indicarent à iudice neminem videri debere: unde Athenis in Areopago, rei velato capite causam dicere jubebantur, ne iudicium affectus movere possent: condit ergo caput inter sidera, solum Deam intuens, & ideo à nobis cerni non potest: debet enim iudicis mens ad extremum usque, donec sententia sit lata, occulta esse, ne qua fraus strui possit.

ERUDI